



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

87. Quidam Parochus publicè grauiter percussit Clericum, & statim dedit
licentiam Sacerdoti ministrandi omnia Sacra menta suis Parochianis:
quæritur an matrimonia, quibus præfuit, fuerint validè ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

rectis idonei excommunicati, tamen confirmari posse. In modo addiderim non esse venialem culpam, est enim communicatio in re adeo graui & lacra. Ita Pontius.

2. Sed ego aduersus illum & Vasquez contraria sententiam teneo, & ita præter Sanchez adductum hanc opinionem docet Hurtado *diff. 5. de matrimon. difficult.* 8. num. 27. ubi firmat Parochum excommunicatum, quamus non toleratum, non tantum valide, sed etiam licite affiliter matrimonio, quia quamus in his duobus communicet cum aliis, id tamen efficiat ob utilitatem, in modo ob necessitatē contubernium, quia absque eo, aut absque eius licentia nequeunt contrahere, vnde nec ipsi contrahentes peccant dum coram illo contrahuntur. Si tamen Parochus ab Episcopo, aut ab alio competente iudice prohibitus sit affiliter matrimonio, aut licentiam conferre, si id efficiat, quamus peccet, validè tamen efficiet, quia simplici prohibitione non priuatur dicta potestate, in modo priuari nequit quādū manet Parochus (quamus sit ad nutum amabilis) nisi a Papa, aut Concilio generali, quia ab his accipit potestatem ad dicta ab illo subordinatione ad Episcopum, p[ro]m[on]t[er]e quod coram valorem, quando verò Parochus tantum est prohibitus Sacra[m]enta administrare, potest validè & licite affiliter matrimonio, & licentiam conferre, ad id conferte, quia neutrum est Sacramentum ad ministrare.

R. 88. y.

RESOL. LXXXVI.

An Parochus excommunicatus non toleratus valide licentiam conferat Sacerdoti, ut assistat matrimonio? Et notariorum non solum valide Parochum excommunicatum licet enim hanc praeterire, sed etiam licite, quod est valde notandum? Ex part. 5. tit. 9. Ref. 8o.

Sup. hoc su-
pra in Res.
84. §. vlt. &
infra in Res.
seq. à lin. 8.

Sup. hoc supra in Ref. 84. §. vlt. & infra in Ref. seq. a lin. 8. S. 1. **N**egatiū respondet Ledesma de matr. q.45. **N**art. 9 punc. 3. dub. 4. & Coninck de Saiz. diff. 27. dub. 2. n. 15. quia Concilium dicit eum debere dare alteri licentiam assitendi , quod videtur esse actus superioritatis , & iurisdictionis. Nemo enim potest dare alteri licentiam aliquid faciendi , nisi habeat aliquam iurisdictionem , aut dominium , vel in eum cui dat licentiam , vel in rem circa quam dat licentiam aliquid faciendi , vt patet in omnibus similibus locutionibus. Confirmatur , quia haec licentia non tantum requiritur ne iuri ipsius Pactoris praeditetur , sicut requiritur licentia ut possit quis non subdito date Extremam- Vnctionem , sed ut assitens qualificetur , atque idoneus fiat ut assit. Qualificate autem aliquem videtur omnino esse actus iurisdictionis.

2. Verum affirmatiuam sententiam tenendam esse puto, quam tuerit Hurtado dis^p. 5. de matr. d^r ffc.
8. num. 27. qui citat Sanchez, Pontium, Henriqu. &
Rebell. & ratio est, quia collatio dictæ licentia non
est actus iurisdictionis, quia non est institutio iudi-
cis, sed tantum est quædam designatio spectatoris
matrimonij, vt possit de eo testificari, facta ex ordi-
natione Tridentini, à quo Sacerdos dicta designatio-
ne supposita accipit potestatem ad id, & non à Pa-
rocho, quia ea supposita Sacerdos qualificatur à Tri-
dentina ad id, sicut & ipse Parochus, & non à Pa-
rocho. Vnde collatio dictæ licentia non est actus
potestatis Parochi vt Parochus est, sed auctoritatis à
Tridentino annexa officio Parochi.

^{Sup. hoc in} 3. Notat etiam idem Hurtado contra Pontium
^{Ref. seq. 5.} non solum validè Parochum excommunicatum li-
Nota tamē, centia hanc præbere, sed etiam licite, quod est val-
à lin. 7. de notandum.

R E S O L . LXXXVII.

*Quidam Parochus publice graniter perfruunt clericorum,
& statim dedit licentiam Sacerdoti ministrandum
nia Sacra menta suis Parochianis, &c. omni-
trimonio, quibus presul, fuerit validem contraria;
Et an in tali casu contrahentes non peccant?
Et notatur, Parochum excommunicatum, si non
toleratum, non solum validè, sed etiam hinc offi-
stere matrimonio.
Et notatur Parochum excommunicatum toleratum, &
non declaratum, si assistit matrimoniis, & delici-
centiam affestendi, non peccare neque veniaatur, &
si non est toleratus, peccabit tantum presul;
Et adiutetur, quod si aliquis habet alios amici-
lium, & migrat ad illum recreationis casu ambe-
dituris, possit contrahere eorum Parochi illuc-
nus habitationis, seu temporis, &c? Ex patr. nunc.
& Misc. 5. Ref. 10.*

S. I. C **A**us iste accidit in ciuitate N. & de illo agi
C interrogatus respondi ad duas difficultates
se restringere. Prima, an excommunicati denunciatu-
ti, vel publici percussores Clericorum validè possint
præberæ licentiam assitendi matrimonio. Secunda,
an in illa licentia administrandi omnia facienda
includatur etiam matrimonium. Et ad primam de-
bium negatiæ responderet Dicastulus de Savoia, no-
tom. 2. tract. 10. num. 75. vbi docet contra S. Petrum
etiam si assitentia ipsius Parochi strata similatio-
nis, nihilominus collationem ipsam facultatis, in
commissionem assitendi matrimonio certe potest
actum aliquius iuri dictio[n]is. Sapientia enim iurisdictio[n]is
actus est collatio facultatis, aut habituo ad al-
quem actum qui in se non sit actus iurisdictionis, v.
g. emprio aut venditio facta a minori ante legiam
atatem sine consensu tutoris, aut carceris cap[itu]lo non
valeret, nisi accedente facultate: quam an actus
actus vendendi , aut alienandi non sit actus iuris-
dictionis, sed dominij, actus nihilominus ipse con-
ferendi secundum dispensationem, sive facultatis, &
veniam, ut actus ille vim habeat, proculdubio ei actus
iurisdictionis, ac proinde in matrimonio, fieri assi-
tentia ipsa non sit actus iurisdictionis, ipsa tunc
collatio licentie sive facultatis ad valide assitendum
potest esse iurisdictionis actus, quo argumento vi-
sumus loco notato de censuris. Et recte quidem nemo
potest alteri dare licentiam aliquid faciendi, nisi
habeat aliquam iurisdictionem , aut dominium, vel
in eum cui dat licentiam, vel in re ipsam, circa
quam dat licentiam aliquid faciendi. Quam etiam
sententiam docet Layman tract. 10. p. 209. num. 3.,
referens alios, maximè Navarum conf. 14. de clande-
stina dispensatione num. 6. ad 3. in 2. edit. ibi poliqua
docuit esse exercitium iurisdictionis date alicet licen-
tiam , qua is , alioqui qualificatus, idoneus redi-
etur ad legitimum valorem actus : docet in parti-
culari pro nostro casu , dare licentiam assitendi ma-
trimonio esse actum iurisdictionis voluntatis. Ha-
omnia Dicastillus, & ante illum Coninch de lauram,
disp. 27. num. 25. Suarez de censur. disp. 14. fed. 1. n. 7.
& de Panis. disp. 27. fed. 1. num. 5. Gurtier de marim.
cap. 2. num. 89. Victoria, Sotius, Sylvestris, & ali pe-
nips. ipsos.

2. Sed licet hæc sententia fit iam plausibilis,
ego non recedo à sententia quam olim docui: una
Sanchez, & nunc me citato doceat Leander de Sa-
crum, tom. 2. tract. 9. disp. 7. quæst. 26. qui citat Pe-
trium, Henricusq. Sà, Rebellum, Hurtadum, Hur-
tacín, quibus adde etiam me citato Balsamum orbis, me-
tritum

De Sacram. Matrim. Ref. LXXXVIII. 383

rimonium 5. num. 5. & Machadum tom. 2. lib. 4. part. 2. tract. 2. docum. 16. num. 4. vbi sic ait: Et tambien du-
doso, y controverso entre los Dotores, si el Paroco descomulagado, suspenso, &c. vitando, y no tolerado, pueda, validamente dar licencia a otro Sacerdote para que en su nombre assista al matrimonio: Layman y otros dicen que no. Si bien Sanchez, Basilio, y otros defienden que es valido el matrimonio, cuya sentencia como mas probable sigue Diana: funde-
se en que la tal licencia no es acto de iurisdiccion, sino una mera designacion de la persona, hecha en virtud del Concilio Tridentino, para que el Sacerdote de segun su decreto, pueda prestarle autoridad con su persona.] Ita ille.

Sup. hoc supra in Ref. 4. & 8. Nota tamen hic obiter, parochum scilicet excommunicatum, etiam non toleratum, non solum valide assistere matrimonio, sed etiam licite (quicquid in contrarium sentiat Basilius) imo si admittantur probabilem sententiam, quod validè conferat alteri Sacerdoti facultatem assistendi, eodem modo consequenter dicendum est, etiam licite conferre hanc licentiam, quia quamvis in his duobus communiceat cum aliis, id tamen efficit propter utilitatem, vel potius necessitatem contrahentium, cum absque parochio vel alio Sacerdote de licentia illius contrahere non possint, ac proinde neque ipsi contrahentes peccant. Vide Dicastillum ubi supra num. 78. Machadum num. 5. Imo Leander ques. 27. putat in tali causa Parochum excommunicatum non declaratum si assistat matrimonio, vel dei licentiam assistendi, non peccare neque venialiter, quod etiam ante ipsius docuerat Hurtadus diff. 5. diff. 11. 8. num. 27. & me citato docet Martinus de San Joseph in Mon. Confess. lib. 1. tract. 5. de Matrim. num. 11. At Ioannes de Soria in epilogi summarum part. 2. tract. 1. sol. 1. diff. 10. §. circa matrimonium clandesinum, sic ait: valide matrimonio assistit Parochus, licet sit suspensus, excommunicatus, aut irregulare. Peccavitne assi-
stendo? Respondeo cum distinctione, quod si est

Sup. hoc in Ref. 8. & seq. etiam licite, si nulla iurisdictione viruit; non ratione assistit, sed propter benedictionem, quam illis communicat. Ita ille. Ego puto utramque opinionem probabilem esse. Quoad secundum dubium respondeo, ea qua: speciali nota digna sunt, quando specialiter non notantur, censetur quasi neglecta. item apud Laborem 15. ff. de iniuriis: matrimonio autem est res gravissima, & ardua, iuxta cap. finale de procuratoribus in 6. & ex se patet: ergo est dignum speciali nota; ac proinde quando conceditur, censetur negligendum, & non concessum. Et ita etiam docet Dicastillus de Sacram. ubi supra tom. 3. tract. 10. diff. 3. dub. 14. num. 105. qui postea num. 111. sic subdit: Verum quidem est, Congregationem Cardinalium aliquando censuisse in ea facultate administrandi Sacra menta; comprehendi etiam matrimonio assistere; sed tunc sequuntur sunt opinionem probabilem, cuius oppositam nos cum altis probabiliorum iudicamus. Ita Dicastillus. Sed si mihi constaret authenticæ de tali declaratione, non recederem a sententia Purporatorum Patrum.

Sup. hoc in Ref. 8. & seq. Et tandem nota, & seqq. 4. Notandum est hic obiter, Leandrum nominatum contra me docere tom. 4. de Sacram. tract. 9. diff. 7. ques. 21. Quod si quis habens alcibi domum, migret aliud (recreationis causa) brevi redi-
citur, possit contrahere eorum Parochio illius brevi habitationis seu temporis. Quod etiam docet no-
vissime P. Escobar Theolog. Moral. tract. 7. exam. 9. cap. 8. §. 5. num. 157. vbi sic afferit; Potestne celebrari coniugium in rurali domo, ad quam recreationis causa ipso profecti essent, uno aut altero die com-

moraturi, si ditioni alterius parochi domus illa sub-
ditas sit? Afferit Sà verb. Matrimonium, num. 2. proprium Parochum in ordine ad matrimonium esse Pa-
rochum, in cuius parochia alterius habitat, etiam ex parocho commorationis tempore. Ita ille. Sed hanc sententiam ego elim reprobau, & nunc iterum reprobo, & ideo Dicastillus de Sacram. tom. 3. tract.

10. diff. 3. dub. 8. num. 48. sic ait: Ex quo fit, ut qui extra proprium domicilium minore tempore anni in eo loco habitat, tanquam hospes, seu animo ci-
tudo redeundi, non habeat alium Parochum, adhuc in

ordine ad matrimonium, quam Parochum sui do-
miciilij, aut quasi domicilij, ut recte probat Sanchez

circa disp. 23. & Menoch. conf. 178. quicquid in con-
trarium sentiat Basilius lib. 5. cap. 17. & Sà verb. Pa-
roch. n. 2. qui absque fundamento affirmante modi-
cam seu brevi habitationem in Parochia alicuius,

etiam si recreationis causa fiat, sufficere ut quis in
ordine ad matrimonium habeat illum, ut Parochum.

Ita Dicastillus. Et hanc sententiam ex pluribus Do-
ctoribus, me etiam citato firmat Angelus Bossius de

Matrim. cap. 4. §. 9. num. 17. & de Iubilo fel. 4. cap. 13.

num. 34. assertus, non esse audiendos Pontium, & Sà,
& tu adde nunc Leandrum, & Escobar. Nota etiam

hic, quod Parochus interdictus seu prohibitus ab

Episcopo assistere matrimonio, adhuc valide assistit;

qui positio eo interdicto seu prohibitione, Paro-
chus adhuc recinet iurisdictionem: idem dicendum

quando huiusmodi prohibito facta fuit Adiutori

vel Vicario parochi. Imo Parochus cui veritum fuit

a Superiori administrare Sacra menta propter inci-
tiam, validè adhuc assistit matrimonio, quia huius-

modi assistentia non est propriæ administratio Sacra-
menti, modo Parochus sit compos sui, & externo

sensu percipiat consensum contrahentium, sive per
se immediate, sive percipiat per interpretem, quod

adeo verum est, etiam ibi per vim detineatur. Ita

Basilus ubi supra num. 8. Dicastillus, & alij.

Sup. hoc in
Ref. 7. & in
alii eius
prima not.
& in Ref. 8.
§. vlt. ad me-
dium, a versa
Si tamen,

Sup. hoc in
Ref. seq. §.
Et hanc à
lin. 5. & seq.
& in aliis §.
cius annos.

R E S O L . LXXXVIII.

*De licentia, quam potest dare Parochus, vel Ordina-
rius assistendi matrimonio?*

*Pro quo vary, & curiosi causus apponuntur in textu
bus Resolutionis, & etiam pro ipso Parochio tan-
tum? Ex part. II. tr. 3. & Milc. 3. Ref. 32.*

9. 1. Q uæro primò: an Parochus non Sacerdos possit concedere licentiam Sacerdoti assi-
stendi matrimonio? Suppono Parochum non debe-
re necessario esse Sacerdotem: sed valere matrimo-
nium contraclum coram Parochio, vel Ordinario
non Sacerdote: nam Concilium solum exigit assi-
stentiam proprii Parochi; at sic est, quod quamvis
hic Sacerdos non sit, vere Parochi nomen, & au-
toritatem propriæ refinet, ergo: sic declararunt
Eminentissimi Cardinales, vt referat Basilus lib. 5.
cap. 17. n. 1. cui adde Doctores, quo citat, & sequitur
Leander de Sacram. tom. 2. tract. 9. diff. 7. ques. 22. qui
ques. 23. firmat etiam neque peccate sic assistens ma-
trimonio.

2. Q uæro secundò: an licentia concessa pro mi-
nistrandis Sacra mentis, includat licentiam assistendi
matrimoniio. Respondeat negatiu Hurtagus de ma-
trim. diff. 5. difficult. 11. num. 38. vbi docet ad assisten-
dum matrimonio non requiri licentiam speciale, sed sufficere generali, quia conceditur facultas ad
exercendum officium Parochi, quod etiam decla-
ravit Congregatio Cardinalium, & merito, quia
assistendo ex ea licentia, satisfit Tridentino, requiri-
enti licentiam ad assistendum; quia ea est vera li-
centia

Sup. hoc
quod hic
supponitur
melius, &
magis late
infra in Re-
sol. 90. §.
Sed ut Vica-
rius ad medie
& post medie

Sup. hoc in
Ref. not. seq.